si omnes discipline que actione aliqua siue contemplatione terminantur: maxima ex parte circa res difficiles ambiguas incertasque versentur: tamen propensiori quodam modo id cotidie in re litteraria experimur. Atque ut omittam illa que sunt nobis inspirata diuinitus: quibus nihil certius esse potest: quid est quod humana diligentia possit assequi: nisi allucinans & quasi per noctis umbras aliquid explorans? Iam illa que primum certitudinis gradum obtinere dicitur metheseos doctrina: tantis hodie tenebris inuoluta est: ut pauca illius uestigia extant. Nam de physicis quota pars rerum est inuenta: quas natura in sinu matris suae reposituit? Excusamus nunc artes illas quarum finis est actio. atque ciuilem imprimis que intra se omnia illa complectitur: quibus humana societas constat. Accipe quid de illa philosophorum maximam dicat. Iusta inquit & honesta de quibus ciuilibus considerat: tantam uarietatem & discrepantiam in se habent: ut lege dumtaxat & consuetudine: non autem natura constare uideantur. Medicina quoque siue fit illa methodica. siue clinica. siue empirica. nihil est incertius cum pro loci. pro temporis. pro aetatis. pro medicamentorum ratione habet: atque subinde nouitatibus uicta mutetur. Nolo nunc commemorare aliarum artium incostantiam: uenio ad grammatice: cui ratio dicendi coniuncta est: que cum sit ex diuersorum temporum autoribus aut ex contemporaneis discrepantibus collecta: nihil prope modum certi ac definiti de ea tradi potest. Quare illud uicium tante ambiguitatis remedium est nobis reliquum: ut optimi cuiusque autoritati inuitamur. Qui sint autem optimi aut qui alii prestantes: alibi est a nobis copiosius disputatum. Sed cum sint alia complura que longa desuetudine intercederunt: illud imprimis est quod in preteritis uerborum syllabis a plerisque omnibus peccat: tum in extensionis quantitate: tum in acumine & grauitate. Nam cum inter alias syllabae accidentias duae potissimum sint necessariae: extensionis quantitas & sublatio atque depressio. nemo est hodie qui syllabas sua temporis duratione proferat: hoc est breuem uero tempore longam duobus: etiam si artis precepta calleat: que de hac ratione traduntur. Quid quod neque satis copertum est a grammaticis de quibusdam longe ne an breues sint? Nam quis hodie sit qua temporis duratione preferat in clausula? Quia si dicis quod breuis quia per naturam semper breuius: etiam si positio sit longa: quomodo nunquam in carmine reperitur breuis: nisi cum uocalis sequitur. ut inanis iners. Aut si longa est natura sequenti consonante: quomodo Cicero de oratore ad Brutum dicit. quod in clausula breuius & in sanus producit? Verba illius sunt. In clausula dicimus breuius prima. in sanus producit. insipiens inhumanus breuius. in felix longa. Itaque iam syllabarum quantitas ad nullum alios usus est necessaria quam ad examinanda carmina & accentus ratio in eam. ad extensionem contractionemque nihil profusus: cum in differenter longis per breuius. & breuius per longis utamur. Sed cum in arte mea de accentu latino regulas proponere: cur cum longe lateque pateret: in angustias quasdam coarctauit? Aut quid mihi uenit in mentem. ut cum Quintilianus libro primo institutionum oratoriarum latinum accentus regulas simpliciter & sine ulla exceptione traderet: ego illas in artum quedam locum augens artis difficultate contraxerim. hoc est in nigrum caecum uertere in tenebras splendorem conspiciam. Apud nos inquit ille: accentus latinus ratio breuissima est. Namque in omni uoce acuta intra numerum trium syllabarum continetur. siue haec sint in uerbo solae. siue uelut in: & in his aut proxima extrema: aut a fine tertia. Trium porro de quibus loquimur media longa aut acuta erit. aut flexa. eodem loco breuis utique tertia acuet. Est autem in omni uoce utique acuta: sed nunquam plus una: neque unquam uelut in. ideoque in dissyllabis prior acuta. Preterea nunquam eadem flexa & acuta: quia eadem flexa ex acuta. utique neutra claudet uocem latinam. Ea uero que sunt syllabae unius. erunt acuta aut flexa: ne sit alia qua uox sine acuta. Quid apertius dici potuit: aut quid simpliciter? Atque ut eandem preceptionem nobis inculcarent: idem saepe alii uerbis repetit. Est inquit in omni uoce acuta syllaba: neque unquam uelut in: ideoque in dissyllabis prior. Et subdit: quod accentus acutus in penultima aut in ante penultima: circumflexus in uelut in aut in proxima a fine semper collocari debet. Idem quoque auctor libro eiusdem operis duodecimo ubi oratorem officio instruit: moribusque informat. accentus inquit cum rigore quodam: tum similitudine ipsa minus suauis habemus: quod uelut in syllaba neque acuta unquam exultat: nec flexa circūducitur: sed in grauem uel in duas graues cadit semper. Vides quemadmodum per abnegationem interponit decretum irritans: cum dixit neque unquam uelut in. & utique neutra claudet uocem latinam: sed in grauem uel in duas graues cadit semper. Quam generalitatem nullis coarctat limitibus: nulla exceptione contrahit: nullis praescriptis finibus. Quid igitur sibi uoluit quod in calce nostrae introductionum diximus? accentus latinus regulas tot modis fallere? Ac primo quidem distinctione: hoc est differentiae causa. Secundo abscissione. Tertio attractione. Quarto interrogatione. Nam de synepia hoc est de consequentia & de idiomate postea differemus. Ego tibi o amice: ut ingenue uerum fatear: quo tempore rudimenta illa in uulgus edidi: non putarem tanto consensu omnes Hispanos meos in sententiam meam ituros. Itaque non fueram ausus imutare quicquam ex his uoculationibus.

nibus quæ illorum auribus læpriedem infederant: cū præsertim essent autores quibus possent errata sua defendere. Nam quis mihi crederet: si iam inde a principio dedissem præceptū: quod in clementis verborum proferendum esset. Amauerimus amaueritis. Docuerimus docueritis. & similiter cadentia: ac centu in penultima circumflexo. At qui iam nemo est vel mediocriter doctus: quod sic non proferat: tantū potuit efficere iuncta cum ratione autoritas. Quod spero etiā futurum in istis vocibus: de quibus impresentiarum disputaturi sumus. Fallūt in quā regulæ superiores: & primo quidē distinctione: hoc ē differentia causa. Idque quosdā putasse debere fieri Quintilianus refert. Cæterum iam scio inquit eruditos quosdam & nonnullos etiā grāmaticos sic docere ac loqui: ut propter quædā vocū discrimina verbū interrim a cuto sono finiāt: ut in illis. Quæ circū littora circum piscosos scopulos. ne si gravē posuerint secundā: circus dici videatur: non circuitus. Quod nullo modo posse dici Quintilianus statim ostēdit dicens. mihi videf conditionē mutare: quod in his locis verba coniungimus. Nam cū dico circū littora: tanquā vnū dico dissimulata distinctione. itaque tanquā in vna voce vna est acuta: quod idem accidit in illo Troiæ qui primus ab oris. Hæc Quintilianus. & subdit. separata vtro hæc a præcepto nostro non recedēt, quod perinde est ac si dicat. præpositiones suo casui præpositas cum illo coalescere: cōmunēque accentum habere: quāquidē vna vox vtraque particula censetur: ita tamē ut præpositionis syllabæ oēs grauent: & accentus accommodetur dictioni cui præpositio illa deseruit. Quod si præpositio separet: quod potest fieri cum cōtra naturam suā postponit. Ut cū Vergilius dixit: trāstra per & remos. & alio in loco. Errant acti fati maria omnia circum. aut per se præpositio sine suo casu proferat. ut cum dico circū præpositio iungitur accusatiuo: palā vero ablatiuo: tunc Quintilianus dicit quod tales voces a præcepto suo non recedēt, hoc est quod sequētur regulas accētū latini perinde ac si essent per se dictiones. Quod vero Quintilianus ait distinctionē illā siue differentia causam in aduerbiis tantū vindicasse quosdā: id sibi non placere ostēdit cum regulas proponēs nihil excipit. Sed neque legi quæque cuius autoritas admitti debeat: quod hoc scripserit. Neque audiui quæquā virū doctū: quod huiusmodi loquendi ratione sit usus. Quod si quis mihi Priscianum obiecerit qui non nihil huic præceptioni obstat: ut me aliquando tantis questionibus explicem: principio non admittā libellum: qui sub illius nomine inscriptus de accētū vulgo circumferret. Idque doctissimo rō cōsensu atque cōpluribus argumētis facile cōprobatur. Nam quod de aduerbiis libro quintodecimo atque de aliis partibus orationis aliis in locis scripsit: non sunt multifacienda: cū habeā auctores optimos quorum testimonia possim illi opponere. Seruius in illud ex æneidibus Vergilianæ libro sexto. illi ergo venimus. Ergo inquit cōiunctio fuit: sed per accentus mutationem in aduerbiū transit: & est sola particula quæ habet in fine accentum circumflexū. Quod si sola: igitur alias aduerbiū loci & tēporis non circumflectit: id quod Priscianus putat. Idē quoque præcipit cōposita ab inde tertiam a fine debere acui. ut deinde. ex ins de. prōinde. pēinde. & a quando. ut aliquid quando. nequādo. siquādo. Quāpungendi rationē Aldus Manutius sequitur. De quo quid nos sentiamus postea dicem. Idē adhuc Priscianus asserit ab horum cōposita. ut dextrorsum. sinistrorsum. dorsum. scorsum. & ab hac particula usus cū postposita componit: ut italiā versus. siciliā versus: eandē quoque tertiam a fine acuire. non ob aliā rationē nisi ut sub vno accentu plata demōstrent esse cōposita. Non tamē in eadē perstat sententia: sed affert adhuc aliā causam min⁹ aptā: quā sibi magis placere dicit: particulas videlicet illas horum & versus habere vim quandam inclinandi ad se nomina supraposita: quæadmodum & illa. quæ. ne. ve. quas vocat inclinatiuas ex eadē ratione de quibus mox. Eandem compositionis causam dicunt cur illa mutant accentū ex penultima in tertiam deinceps. de repente. de improviso. & a propter cōposita. ut est propter. quapropter. & a longe. ut de longe. a longe. & a circum. ut circumcirca. idcirco. & complura alia ad hūc modū. ut dūtaxat. ex aduersum quod omnia & Quintilianus & doctorū vsus excludit. At sunt præterea differentia causa accentu acuto in vltima proferenda esse illa profectō. porro. immo. ne videantur coincidere cū datiuis quorū dā nominū. Cur non & aduerbia illa quæ ipsa datiuū terminatione similia sunt quibusdam nominibus adiectiuis. ut fallō. certō. manifestō. consultō. crebrō. auspiciatō. auguratō. sedulō. præcariō. meritō. rarō. modō. citō Ad quod isti respondent id non debere fieri nisi in illis tantum: vbi autores differentiam facere voluerūt. Sed qui tandem obsecro sunt isti autores: vbi latent: vnde sunt petendi? Nonne commodius multoque simplicius est Quintilianus præceptū: qui nihil tale nos curare præcipit: sed tantū ut accentus latini regulas teneamus? Quod si ut ille ait consuetudo vicerit: vetus lex sermonis abolebitur: totumque hoc negocium quod grāmaticē appellamus: nomen est inane. Sit apud græcos accentus ratio difficilior: sit apud nos quæ breuissima: habeat illi accentus magis varios quia plures habent dialectos hoc ē loquēdi genera: sit nobis vnū atque simplex dicēdi genus: sint illis quātūcūque volent accētus suaves atque ipsa varietate dulces: dum nobis relinquitur grauitatē atque cōstātiā: quæ musas colimus seueriores. Maneat igitur nobis in hac parte fixū indubitātūque præceptū: siue fiat cōpositio ex diuersis particulis: siue inuicē apponant: semper obseruandos esse tenores præpositis de latino sermone regulis hoc est nunquā in fine acuemdam aut circumflectendam esse syllabā: nisi in istis quæ sunt syllabæ vni⁹. Neque dicēdū: cū impita multitudinē. planē. sanē. vnā. ponē. ferē. fermē. ergō. aliās. vltima acuta aut circumflexa: sed e contrario prior acuta aut circumflexa

sequenti vero defecta. Quod si penultima per naturā fuerit longa: in eadem accētum debere collocari. Neque cū vulgo proferas prima acuta adprime siue apprime: sed meda adprime siue apprime: quia eadem est longa. Non enim uero siue at uero antepenultima acuta: sed penultima enim uero at uero. Quod si fuerit breuis: in tertiam a fine esse transferendum: si dictione sit cōposita. ut in illis admodum: quæ admodum. propemodum. postmodum. postmodo. quodammodo. huiusmodi. istiusmodi. Si vero cōpositione non coalescant: suo quoque accentu erunt proferenda: ut si tribus particulis solutis dico quæ admodum. Idem quoque dicendum de illis multo magis siue multo magis. quanto magis siue quato magis. multo minus siue multo minus paulo minus siue paulo minus. nihil magis siue nihilo magis. nihil minus siue nihilo minus. Alioquin si componatur accētū in penultima: si vero non cōponatur sua quoque particula suum accentu habebit. Ex hac ratione tenus præpositio cum postponatur semper contra naturam præpositionis: si componitur remittit accentum ad syllabam præcedentem. ut hæctenus. quæ tenus. Si vero non componitur: suum per se accentum retinebit. ut crurum tenus. capulo tenus. pubetenus. Illa tamen quæ corrupta in compositionem veniunt siue ita coeunt ut non possint separari: si penultimā habet breuē: regulam accentus generalē sequuntur. ut alibi. sicubi. inibi. idētidē. indētidē. interealoci. obiter. & huiusmodi. Secundo in quæ accētus latini regula fallit in dictionibus abscissis quia in eadem syllaba retinent accentū: in qua fuerat ante abscissionem: quæadmodum in nominibus propriis secundæ declinationis in. ius. syllabas definitibus: quæ. us. mutata in. e. apud antiquissimos formabant vocandū casum: ut hic Vergilius o Vergilius. hic Ouidius o Ouidie. hic Mercurius o Mercurie antepenultima acuta: propterea quod penultima breuis est. Deinde. us. finalis abscissa sequens atque proinde sæculum eruditus protulit. o Vergili. o Ouidi. o Mercuri. accentus acuto in eadē syllaba hoc est in penultima: quæque sit breuis: quæ est cōtra latini sermonis regulam. Quis hoc dicit? Priscianus opinor in secundo de octo partibus orationis volumine: cum de vocatiuo singulari declinationis secundæ agit. At qui. P. Nigidius figulus apud Gellium in libro nocturno atticarum duodecimo aliter sentit: sciendum esse videlicet in tertiam a fine: quoniam penultima sit breuis. Nigidii verba referente Gellio ex grāmaticorū cōmentariorū libro quarto & vicesimo sunt huiusmodi. Voculatio inquit qui poterit feruari: si non scimus in nominibus ut Valerius utrum interrogandi an vocandi sint casus? Nam interrogandi secunda syllaba superiori tono est quæ prima: deinde nouissima deicitur. At in casu vocandi superiori tono est prima: deinde gradatim descenditur. siquidem Nigidius præcipit. Sed si quis nunc inquit Valerius appellans in casu vocandi secundum præceptū Nigidii acuerit primā: non multum aberrat: quin rideatur. Hæc Gellius. Voculationē appellat Nigidius. quæ nos accētū. Casum interrogandi: quem nos genitiuū: quia per illū interrogamus cuius est aliqua res. Casum vocandi quæ nos vocatiuū. Sed cur in vocatiuo Nigidius acuit tertiam a fine: & in genitiuo penultimā: illa nimirum ratio est: quod vocatiuus. i. simplici genitiuus. i. duplici scribitur: quæ prolata coalescunt in synæresim: retinent tantū prope modum vim suam. Sed dic mihi rogo te: utri magis credendum esse ceteris. Prisciano homini nouicio atque omnium reprehensionis obnoxio: an Nigidio omnium iudicio viro eruditissimo? Nemo esse vel mediocriter in re litteraria doctus: qui non in Prisciano aliquid desideret: aliquid detrahat: aliquid scriptum negligētius existimet. Idque iam vulgo persuasum est: ut illius auctoritas non admittatur: nisi in istis quæ aliorū testimonio probat: aut quæ aliorū sententiæ dūtaxat non aduersentur. At de Nigidio Figulo audi quid Gellius in libri vndeicesimi calce scribat. Aetas inquit Marci Ciceronis & C. Cæsaribus præstantes facundia viros paucos habuit. doctrinarum autem multiformiū varietate artū quibus humanitas erudita est: culmina habuit Marcum Varronem. & Publiū Nigidium. & quæ sequuntur. Sed obicit mihi quispiam rursus: cur igitur cōtra Nigidium præceptionē dedisti: quæ abscissione accentus latini regula fallit? Nimirum quia illud vulgo proponebatur: sed quæ ego de ea re sentire in cōmentariis in quibus cū eruditioribus loquor: manifeste ostendi. Quæque. P. Nigidius in quā vir sui sæculi præter vnū Ciceronē omnium eruditissimus putauerit in casu vocandi huius nominis valerius: primā accentu acuto esse proferendā. Quod & si Gellius scribit non defuisse qui irrideret: ego tamen Nigidio tribuo: ut cū eo libet velim errare: quæ cū oibus neotericis litteratoribus verū dicere. Scribit præterea Priscianus libro quinto quod nota in. as. definita si sunt latina & patria: debent in fine circumflecti. ut arpinās suffenās capenās. asfertque eius causam: quia per syncopā proferuntur: antiquissimū em̄ hic & hæc arpinatis & hoc arpinate proferant. Idem quoque de pronominiibus illis nostris & vestris vult intelligi. Quintilianus certe nihil tale præcipit: neque quæ ego legerim quisquā hoc scripsit: cuius modo autoritas sit recipienda. Nam quod Probus grāmaticus in illud Vergili ex tertio cō. humo fumat neptunia troia scribit: exponendum esse fumat pro fumauit: atque idcirco fumat vltimam debere circumflectere: merito a Seruio in eodē loco exploditur: neque villo modo est admittendū. Sed neque illa quæ sunt a dico dictis. duco ducis. & facio facis cōposita: quæ abscissit. e. litterā finalē in secunda persona singularis presentis impatiui modi: alio modo sunt proferenda: quæ scdm regulas accētus latini. Sicut neque aduerbia illa isthuc illuc. isthic. illuc. & similia. neque obstat quod sunt abscissa ab eo quod est isthuc. illuc. iam donec siue ex eo quod est abscissum

ab eo quod dicitur, siue ex regula de accentu latino tradita primam circūfleuit. Tertio in qua accēt? latini re-
gula fallit attractione: siue inclinatione: ex natura ut autem quarundam particularum quas dicunt habere vim
attribuendi siue inclinandi ad se vltimam syllabam dictionis pcedētis. Græci tñ aliter dicunt appellari apud se
quasdam particulas encliticas hoc est inclinatas: nō quod ad se inclinēt vltimas dictionū pcedētū syllabas:
sed quod ad illas suos accētus remittāt. Sed siue hoc siue illud sit: quod ad rationem prolationis attinet:
nihil refert. Sed habēt græci huiusmodi particulas inclinatas: quibus est consuetum acere vltimas
dictionū syllabas: idque apud illos habere nescio quā suauitate Quintilianus dicebat. Latini sermonis
consuetudo huiusmodi accētus quasi peregrinos penitus reformidat. Quis igitur pceptū illud pri-
mū induxit: aut vnde factum est: quod tam pertinaciter indoctorū animis infederit: ut nihil sit: quod
maiori contētionē defendat? Quibus astipulatur non in finem conditionis homines: sed maximi in re
litteraria viri. Atque in primis Aldus manutius: qui nunquā aliter pungit libros: quos per totū orbem
terra dispersit. Sed qui si Quintilianus nihil tale pceptū? Quid si nemo est hoste: qui virū doctum
ita loquentem audierit: neque ut opinor Aldus ipse vnquā est locutus. Igitur Aldus quispiā dicit: aliud
facit: aliud pceptū. Sic est profecto. plenaque huiusmodi erroribus est vita. Sed in hoc peculiare quiddam
accidit ut contra falsum pceptum recte homines loquatur eruditi: aliis in rebus ediuerso bene pceptū
cipiant & agant male. Sed esto syllaba inclinatiue particulæ incumbens acueda sit: id quod est in nostris
pceptibus traditū. num ita debet acui ut isti faciunt: hoc est excitato ac vehemēti quodā sono?
Cur igitur dedisti nobis pceptum quod erat dediscendum? Nimirum quia illic cum vulgo hoc est cū
pueris rudibus. cum pceptoribus parum eruditis. cum sacrificulis & ædituis res agebatur. Quod
genus hominum nihil probat: nisi quod didicit: atque plerūque nouitatibus offenditur. Quos cum recta
non possemus adoriri: dolis fuerunt circūueniendi. Diximus namque huiusmodi syllabas non incitato
illo accentu proferendas quem latinus sermo recusat: sed clementiori & qualis est fere quem ipsi mo-
deratum appellabant. Idque testati sumus in commentationibus nostris in quibus non tam discipulos
quam pceptores artis litterariæ institimus. Sed de his hactenus. nunc ad reliqua pergamus.

Diximus accentus latini regulam quarto defecere in interrogatione: quoniam vltimas clausularum syl-
labas interrogando suspendimus. Quod nimirum ecclesiastici faciunt cum psalmos. prophetas. epis-
tolas. euangelia. & doctorum expositiones populo audiente pronuntiant: vel potius suboscure can-
tant. atque vno prope ductu syllabas omnes efferunt: nisi quatenus dictionis gratia quasdam sesquito-
no: quasdam diapente hoc est tribus tonis cum dimidio submittunt. At cum est interrogandū: quar-
tam a fine desciunt semitono: tertiam sesquitono: deinde penultimam tono: atque vltimam rursus at-
tollūt sesquitono: ut sit vltima syllaba par quintę pcedenti. Quam monotoniam: id est eiusdem toni
similitudinem fugendam esse in pronuntiatione Quintilianus pceptū. Neque enim omnia submissio:
neque omnia elato neque omnia medio quodam sono: atque sub vno denique aspectu sunt proferenda: sed
faciendi sunt quidam dictionum syllabarumque flexus: prout verborum aut sententiarum aut ad sequen-
tia transitus ratio exegerit. Aliter namque cæsum claudimus recitando Iuuenalis illud.

Semper ego auditor tantum: nunquam ne reponam:
Vexatus toties rauci thesede codri? Aliter illud eiusdem.

Nonne libet medio ceras implere capaces

Quadrius: illic namque acuius finem: at hic grauamus. Itaque nulla de his certa regula tradit magis pos-
test: quam de interiectionibus: quas omnes scribunt pro mentis nostræ affectu aut pro arbitrio esse
proferendas. Audiui ego nuper Bernardum gentilem siculum ordinis prædicatorum fratrem: qui
carmena sua quædam mihi recitans accentu acuto omnes clausulas non sine decore ac venustate finie-
bat. Deficiunt præterea latini accentus regulæ idiomate. hoc est cum dictiones peregrinæ sermoni la-
tino miscantur: de quo in calce introductionum latinarum diximus.

Hebrææ voces plerumque in fine acuiuntur.

Non tamen & semper: quia sæpe in fine grauantur:

Id quod alexander deceptus forte putauit.

Si casus græcos vsurpet sermo latinus:

Accentu græco talis vox est referenda.

Græca sit atque vox sed declinata latine:

Accentus noster casus moderabitur illos.

Nam quæadmodum in tertia repetitione diximus: de accentu latinarum dictionum multa a multis
prodita sunt: at de hebræicis & græcis cū in sermonem latinū non mutata litteratura trāsferuntur: quo
essent accentu proferende: neminem adhuc certi quicquid prodidisse. Quo in loco & si non nihil de accē-
tu græco attigimus: atque illa eadem ex parte cōiecimus in quoddam opus quod cum eisdem introductioni-
bus vulgo circumfertur: non tñ pigebit me nunc ea ipsa repetēs iterūque monere. Neque enim fortasse ad
rem tam insuetam atque proinde plerisque ignoratam vna via perueniri potest. Sed antea quæ ad græcarū

dictionū accentus veniamus. reddēdū hoc in loco est: quod de synepla sumus polliciti nos esse dicturos: quod
cū dictio hebraica siue græca finit in syllaba acuta: sequiturque ante cesum siue clausulam aliqua verborū
series dissimulatur accētus ille acutus: & pro illo ponit grauis. ut quod in genealogia saluatoris nri legi-
mus apud Mattheū. Liber generationis Iesu xpi filii dauid filii Abrahæ. Abrahæ autem genuit isaac. in prio-
ri loco abrahæm accētū acuto in fine pferitur: quæ cesum finitur. In sequenti grauis ponit pro acuto: quia
sequitur genuit isaac. id est dicēdū de clausulis sequentibus. Igitur hebraicis vocibus in aliud tps relectis:
de græcarū dictionū accētū quæ sermoni latino intermisceri cōsueuerūt: pauca impræsentiarū perstrin-
gemus. Hæ oēs cū apud illos in quinque declinationes distribuuntur: a nobis in tres duntaxat priores re-
ducuntur. Nam per quartam & quintam nullū est græcū nomen quod inflectatur: sed neque latinū quod quidem sit
propriū. Nomina quoque in quibus declinatio græca cū suo accētū ab auctoribus vsurpat: maiori ex par-
te propria sunt virorum aut foeminarū siue locorum. Quæ quoniam in altera lingua nō debent transferri: non sine
causa interpretēs cū sua litteratura plerūque reliquerūt. Id quod est a septuaginta obseruatiū: quæ ex hebræo
in græcū sermonē trāsferetes raro ex propriis noibus quicquid immutarunt. Posteriores audacius ex adā
adāmus: ex abrahæ: abrahāmus. ex iacob iacobus. ex ioseph ioseph. atque ad hūc modū alia cōplura in-
terpretates. Pari quoque modo latini ex græco nomina propria vertentes cū sua litteratura plerūque reliquerūt.
nōnūque illis declinationē suā cū reliquis accidētibus accommodarūt. Hinc Quintilianus de grāmatica dis-
ferēs. Recetiores in quibus insisterūt græcis nominibus græcas potius declinationes dare: tñ ipsum non
semper fieri potest. & subdit. Mihi autem placet latinam rōnem sequi quousque patitur decor. Neque enim calypso-
nē dixerim ut tu nonne: quæque secutus antiquos. Cæsar vsitur hac rōne declinandi: sed autoritatē in quibus con-
suetudo superauit. Phocas præterea vbi de græca declinatione: errat inquit qui didonīs aut mārtonīs
dicunt genitiuū: & vocū asperitas & veterū autoritas eiusmodi declinationē repudiavit. Quod si græ-
corū nomina græcā declinationē admittimus: & accētus quoque græcos cū illis recipiamus: necesse est: id quod
oēs ad vnū tam antiqui quæ recetiores grāmatici cōstituerūt. Nominū itaque græcorū aut eorū quæ per græ-
cā declinationē in flexa latino sermoni miscetur: nominatiuū terminationes partim sunt mere græcæ.
partim mere latinæ. partim græcis atque latinis cōmunes. Mere græcas voco illas: quæ non admittunt
casus latinos. mere latinæ: quæ nō admittunt casus græcos. cōmunes: quæ sub eadē græca terminatione pnt
græce simul & latine declinari. Potest tñ fieri ut in quibusdam magis sint in vsu casus græci quæ latini: atque
ediuerso in quibusdam magis latini quæ græci. Mere græcæ terminationes sunt illæ quas grāmatici decli-
nationi latinæ nō interposuerūt. Hæ sunt in. a. longā quæ ad primā declinationē referuntur: ut nemæa.
as. In. e. longā quæ ad eadem primā ut Helène. es. In. o. longā quæ ad tertiā: ut sapho saphoos. & per syneresin
saphis. In. os. & in. on. breues: quæ ad secundā. ut slios vel slio ilfu. Mere latinæ sunt quæ græcos casus non
admittunt. quæ admodum oēs quæ ex terminatione græca in latinā litteris imutatis sunt trāslatæ: ut ab helē-
ne. es. helēna. æ. ab atrides. u. atrida. æ. Cōmunes sunt aliæ oēs quæ sub eadē terminatione græcæ & latine
pnt declinari: nisi quod ut paulo ante diximus latini aliis casibus magis quæ aliis vtuntur: puta in tertia decli-
natione accusatiuis vtiusque numeri potest quæ genitiuis. & genitiuis quæ datiuus. In scda quoque actō & vto frequētius
quæ genitiuis & genitiuis quæ datiuo. Ablatiuū tñ quo græci carēt: semper erit latinus: ac proinde accētū ac declinatione
latina moderandus: pferatim si cū latina terminatione coinciderit. Nā in mere græca declinatione abla-
tiuis datiuo potest assimilabitur. Sed antea quæ de singulis dicam: exploranda mihi est hoc in loco Aldi
manutii ratio: qua ex Quintilianus pcepto vtitur in accētibus per aptes designandis. Nam in terminatio-
nibus illis quæ sunt græcis atque latinis cōmunes ego nō video cur græcos potius quæ latinos sequatur. Nisi
fortasse: quia magis fauet græcæ quæ latinę lectioni: siue ut nos homines latinos cōtēnat: græcis se vocibus
faciat. Quod si ita terminationes illæ sunt latinitate donatæ: atque oim cōsensu inter latinæ receptę nume-
ratur: quæ tādē cacozelia est alienis quæ patriis vti male: Igitur quæadmodum ego illi facile assentior in mere
græca declinatione: ita in cōmuni penitus dissentio. Itaque ob hanc causam inter accētū græci regulas pro-
posita est a nobis vigesima his verbis. Ntū atque pinde vctūs singularis terminationē hñs cōem græ-
cis & latinis: tæctis accētū græco & latino pferri potest: mixtus tñ sermoni latino oportet. Esto exēpli cau-
sa hoc nomen arcæus: quod tã a græcis quæ a latinis p eus diphthogō pferitur: quæ terminationē latinū iuā
fecere: atque accētū acuto in prima ptulerūt. Atque Aldus mauult accētū acuto in vltima notare quæad-
modum & oia alia nomina similitr cadētia puta pethus. thesus. promethus. Alia regula quæ nomina mascu-
lina aut foemina aut duorū generū cōia quintę declinationis quæ ad tertiā nram referuntur. mittuntque
ntū & vctm pluralis in. es. cōem græcis atque latinis terminationē genitiuū singularis vtiusque linguæ
rōnē sequuntur: illa mō differētia est: quod græci breuiat latini vero pducūt terminationē illā: ut quæ apud
græcos nomina terminata in. as. recipientia. d. in genitiuis acuiunt vltimā: penultima quoque genitiuis acuiunt: atque ex cōse-
quenti aliorū casuum ex regula inferi tradēda. Esto exēpli causa arcas. arcados. arcadi. arcada. o arcas. In
plurali quoque arcades. Apud latinos tñ quia hmoi nomina in obliquis breuiat penultimā: accētus tranf-
fertur. in tertiā a fine. ut arcas. arcadis. arcadi. arcadem. o arcas. Plurali nō & vctō arcades. Cum itaque

Vergil. in buco. dicit ambo florētes et fatib⁹ arcades ambo. atq; ibidē: arcades inuidia rumpatur vt illa eodro. quia vtrobq; es. breuiatur. constat declinationē esse græcā & cōsequēter penultimā debere acui: tātēsi penultima sit breuis. Accusatiui tñ pluralis inter græcos & latinos manifesta est differētia ex terminatione. qđ illi in. as. breuē nos vero in. es. lōgā terminam⁹. quare illi arcadas penultima acuta: nos arcades añpenultima pferem⁹. atq; pari mō de reliqs hmōi. Nunc ad singulas quinq; declinationū græcarū & triū latinarū terminations accedam⁹. Sed qđ sibi velit Quintilian⁹ cū de accētū scribēs ait se iu uene doctissimos quosdā senes pferre solitos atre⁹ & noīa hmōi prima acuta: vt necessario secūda cēt grauis: mihi nō līq̄. Nā si terminationē illā in. eus. diphthōgō ex sermone græco i latinā declinationē admittit: recte pferēbāt senes illi. si nō admittit pperā. At qui oēs grāmāticī illā admittūt. atq; iter scđæ declinationis terminations cōnumerāt. Sed antea qđ ad singula descēdā: repetēdæ sunt adhuc ex eodē loco regulæ duæ. Prima. qđ vltima dīctōis syllaba existēte lōga nō pōt accēt⁹ in tertiā a fine collocari: sed in penultima aut in vltima. Altera qđ eadē syllaba collocatur accētus in obliquis: in qua fuerat in recto. Quæ regula trib⁹ in locis deficit: primo si in recto accēt⁹ sit in añpenultima: in obliquis vero vltima sit lōga. tūc em̄ ex regula supiori trāfferē accēt⁹ in penultimā. vt apōstolos. apōstōlu apōstōlo. apōstolō. o apōstole vel apōstolos. in ntō actō & vtō añpenultima acuit in gto & dtō qa alter diphthōgō alter o mega terminat: in penultimā trāfferē. Deficit quoq; hæc regula in noib⁹ qđ ad tertiā nram declinationē referūtur: qđ ppter ea qđ crescūt vna syllaba in obliquis: si accēt⁹ in recto est in añpenultima: necesse est in obliquis in sequēte trāfferat: qm̄ accēt⁹ in quarta a fine collocari nō pōt. vt ænigma: habet in prima accētū. enigmatis in scđa. Tertio deficit hæc regula in dictionib⁹ monosyllabis qđ ad tertiā declinationē nram referūtur. quorū gtūs in. os. acuit. trāfferaturq; accēt⁹ a prima in vltimā. vt pān. pānōs. crēs cretōs. actūs qui frequēter vsurpat nū accentū sequit. vt pāna. crēta. Prime igitur latine declinationis vna dūtata ē terminatio in. a. breui: recipit tñ & quattuor græcas in. a. lōgā in. a. breuē in. as. & in. es. lōgas quib⁹ oēs suos casus cōcat: recipit in qđ ex prima declinatione græca duas in. as. & in. es. vt æneas. anchises. quarū gtūs exit in. æ. diphthōgō. cui filis ē dtūs. Actūs in. am. Vtūs in. a. breuē abltūs in. a. longā. Sūt qui hos casus non a græca teriatione in. as. aut in. es. sed a teriatione latina in. a. breui deducāt: & illud qđ Hora. in. ii. ser. scribit ne qs humasē velit aiacē atrida vetas cur. & illd̄ Ouid. ex. iii. meta. Te tñ o parui rector polydecta scripsi. illud p̄iera Seneca in agamenone. Aggrediar & te oresta furabor libēs. Illud quoq; Martia. Terēs aut coenā crude thyesta tuā. nō ab eo qđ ē atridas. polydectes. orestes. thyestes: sed ab eo pott⁹ qđ atrida: polydecta. oresta. thyesta esse deducta. Sed cur has duas latini magis nō recipiūt: qđ alias de quib⁹ paulopost dicturi sum⁹: nō vīdeo. Sed qđ ad rē attinet: pleriq; latinorū fallūtur: cū audiūt græcos putātes qđ illorū verba ista sunt enūciāda: quēadmodū ab illis proferūtur. Nā cū apud eos vltima existēte lōga accēt⁹ nō possit in tertiā a fine collocari: sed aut in eadē vltima aut in penultima siue illa sit breuis siue illa sit lōga: cūq; noīa in. as. & in. es. desinētia pducatur in hac declinatione: necesse est vt penultima etiā si breuis sit acuat. Quare illi ex sua regula dicūt andreas. pythagoras. priamides. pāthoides. Nos vero quia penultima est breuis. trāslato accētū in tertiā a fine dicim⁹ andreas. pythagoras. priamides. pāthoides. Itaq; apud Hora. in. ii. ser. quia ex declinatione græca legim⁹ pythagoran per. n. in fine: penultimā accētū acuto proferem⁹. Qualia inquit vīcunt pythagorā anitq; reū doctūq; plātona. Apud Vergi. qđ in. iii. en̄. ex eadē rōne priamidē helenū grafas regnare per vrbes. & apud Hora. in. pri. car. tartara pāthoidē iterū orco. In vtō quoq; apud eū dē in. ii. ser. O laertidae quicqd dicā aut erit aut nō. Pari quoq; sunt in errore qui obliquos: nā de rectis nolo nūc digladiari: horū noīm esia. seremia. zacharia. & silitē desinētū: pferūt in penultima accētū acuto: cū sint oīno casus latini habeātq; penultimā breuē. Eadē p̄terea rōnōs in errojē induxit: vt noīa græca secūdæ illorū declinationis in. a. lōgam desinētia penultimāq; breuiāta: qđ cū apud illos eadē penultimā siue vltimā acuat: ipsi quoq; mutata etiā declinatione: quēadmodū illi pferūt: cū debet ex accēt⁹ latini regula tertiā a fine acuerē. & p eo qđ illi dicūt sophia. philosophia. theologia. astrologia. nemēa penultima acuta: ipsi pferre deberēt. sophia. philosophia. theologa. astrolōgia. nemēa. accētū in tertiā a fine ex rōne declinationis latine: qđ vltimā ex lōga in. a. breuē cōmutauit. Qđ si lōga vsptā reperiat: intelligim⁹ declinationē esse græcā: atq; p̄inde accētū græco pferendā. Quēadmodum apud Papinū in. v. theba. & facils nemēa latas euoluere vires. Quē locū Priscia. li. vii. citās nemēa inquit quia seruauit. a. pductā accētū in penultima retinet acutū. Non deerūt fortasse qui dicāt in papino legendū esse p nemēa nemēe. aut p cæsura poni p lōga: vt accētū latino pferatur nemēa prima acuta. Sed nihilomin⁹ regula vtriusq; lingue in vigore suo perstat. Iā vero qs etiā ex doctissimis quibusq; nō peccat in pferēdis noib⁹ in. e. lōgā desinētib⁹ qđ oīa ex mere græca declinatione inflectūtur: in illis p̄sertim qđ hnt penultimā breuē. Nā cū deberēt illa enūciare accētū græco: ipsi latino proferūt: vt penelope pro penelope. calliope. pro calliope. hēlene pro hēlene. erigone perigione. dānae p danāe. euridice p eurydice: & fere ad hūc modū nomina p̄pria fœminarū p̄ter admodū pauca. vt agauē canachē: acuetā vltimā. Nomina qđ regionū. vrbū & insularū vt libye. asine pro asinae: isthace p

isthace. mēlste pro mēlste. & nomina possessiua in ce. de sinētia: quæ acuiunt vltimam. vt grāmāticæ pro grammaticæ. dialēticæ pro dialēticæ. mūsicæ pro mūsicæ. ethice pro ethice. A recto etiam in. a. breui terminato: cuius penultima producitur: acuiturq; antepenultima: accentus vsurpatur: vt apud Papinū li. vii. theba. Namq; ferunt raptam patriis æginam ab vndis. pro quo inruditi dicerent æginam penultima acuta siue circūflexa. quoniam est per naturam longa. Secūda declinatio litteras quinq; habet proprias terminations in. er. ir. ur. um. us. Recipit quoq; vnam græcis atq; latinis cōmunem in. eus. diphthongon. Cuius nominatiuus quēadmodum paulo ante diximus in sermone latino latinus potius qđ græcus censeri debet. atq; ideirco proferendus est accentu latino: hoc est penultima acuta: cum apud illos acuat. Ex hac terminatione latini omnes casus atq; proinde accentus græcos vsurpant. vt tereus: pro eo qđ illi dicunt tereus. In genitiuo tereos penultima acuta. Martialis. Hæc philomena nefas incesti tereos & quæ. In datiuo tere. per synæresim quoq; sicut orphi. Idem in eodē opere. Orphi calliope lino formosus apollo. Nam orpheo & tereo latini essent casus. In accusatiuo terea & orphēa penultima acuta. Iuuenalis. Alcinoen bacchi thebas & terea fausti. Vergilius. in buco. Orphēaq; in medio posuit: siluasq; sequentes. Tereum nanq; & orpheum casus latini sunt. Vocatiuus fere semper vsurpatur a latinis: circumflectitq; vltimā: vt o tereū. o orpheū. Ouidius li. vi. meta. vt voluere ambo voluisti tu qđ tereū. Vergi. iiii. geor. Illa quis & me inquit miseram & te perdidit orpheū. atq; ad hūc modū reliqua in. eus. diphthongon desinentia: quæ sunt prope innumera. vt tydeus. tydeos. tydeā. tydeū. pelēus. pelēos. pelēa pelēū. thesēus thesēos. thesēa. thesēū. achorēus. achorēos. achorēa. achorēū. penthēus. penthēos. penthēa. penthēū. promethēus. promethēos. promethēa. promethēū. Recte pitetiam duas in. os. & in. on. longas: quas illi per tertiā atticorum declinationem inflectunt vt androgeos. androgeo. androgeon. o androgeos. athos. atho. atho. athō. o athos. Hæc declinatione cum suo accentu a latinis nonnūq; vsurpatur. Vergi. ii. enei. Androgeos offert nobis socia agmina credens. Idem libro sexto. In foribus lectum androgeo: tum pendere poenas. Nam androgeo genitiuus est græcus atticus. Iuuenalis. Creditur olim velificatus athos: & quicquid græcia mendax. Et Vergilius primo georgicorum. Aut athon: aut rhodopen. Hanc quoq; declinationem interpret vsurpauit in epistola ad corinthios prima. Ego quidem sum Pauli: ego autem apollo: qui genitiuus est græcus ab eo quod est apollo. Idem in eadem. De apollo autem fratre notū vobis facio. qui ablatiuus datiuo attico similis est. Idem in epistola ad Titum. apollo inquit solcite permitte. qui accusatiuus quoq; atticus est: habetq; accentum in tertiā a fine: tamen si penultima sit longa: quod est declinationis Atticæ proprium. De altera terminatione in. on. longam: non succurrit exemplum: qđ vsurpetur a latinis. Recipit p̄terea & duas alteras in. os. & in. on. breues: quæ quartam declinationem græcorum inflectuntur vt ilios vel ilion. nam in vtraq; terminatione reperitur. & ab eo qđ est ilion. Vergilius. iii. en̄. dixit. Ceciditq; superbum ilion: & omnis humo fumat neptunia troia. Ex hac terminatione maxime in. os. latini frequenter casus rectos atq; ex obliquis accusatiuos vsurpant cum suis accentibus: qui sunt apud illos tam vari. vt a nobis de illis nihil certi tradi possit. Nam & penultima etiam per naturam longa existente reiciunt accentum in tertiā a fine: quemadmodum in his quæ sequuntur. Aglauros. Acastos. Caystros. Cephisos. Cymolos. Cyparissos. Corinthos. Erastimos. Erpiros. Erimanthos. Euan-dros. Hellispontos. Hermaphroditos. Hyacinthos. Hymenos. Ischhos. Learchos. Leucippus. Meandros. Narcissos. Olympos. Peloros. Parnassos. Priapos. Polyphemos. Rhadamanthos. Tyrannos. Abydos. Zacynthos. Quæ omnia rationis huius ignari accentu in penultima proferunt: ex eo decepti qđ sit longa. Nam quis apud Vergi. in. iii. en̄. non legit. Iā in medio apparet fluctu nemorosa zacynthos. penultima acuta: pro zacynthos eadē graui: apud Ouidium. quoq; in hero. & quos tulit alta zacynthos: pro zacynthos. & apud Martialem. Confusit naves an olerent aera corinthon: pro corinthon. apud Horatium tamen quia declinatione latina vsus est legitimus: contingit adire corinthon: penultima acuta. Ouidius in epistola leandri. In speculis omnis abydos erat. atq; rursus ad leandrum hero. Si quis abydo venerit: aut quæro si abidon eat. sed quia ablatiuus mere latinus est: accentu latino est proferendus abydo quēadmodum apud Vergi. i. georgi. & ostriferi fauces tentantur abydi. Nam quod Lucan⁹ in. ii. dixit. festoq; ad mouit abydo: qđ datiuus ille communis est græcis & latinis: nihilominus tamen ex his quæ dicta sunt accentu latino est proferendus. Atq; ediuerso complura sunt penultimam habentia breuem eandemq; acueritia: vt a phago quod est comedo: & a phoreo quod est phero: & a phone siue phonos quod est cædes composita: cuiusmodi sunt. Pamphagos. Sarcophagos. Lotophagos. Doryphoros. Nicephoros. Carpophoros. Nebrophonos. Leontophonos. Myonphonos. & ad hunc modum alia innumera quæ sub regulam non cadunt. Ex sermonis p̄terea græci idiomate non pauciora sunt acuentia vltimam. vt Iapetos. Oceanos. Sperchios. Silenos. Rhodanos. Apidanos. Acacos. & denominatiua exetia in mos. Barbarismos. Solæcismos. Pleonasmos. Isthmos. & nomina possessiua desinentia in. cos. vt grammaticos. dialēticos. rhetoricos. dīcticos. historicos. & multa alia quæ numero compre-

hendere non est: quorum accentus cum terminatione in rectis & obliquis ab autoribus usurpatur, sed accusatiui ut paulo ante dixi frequenter: alii casus raro, ut apud cosinographos hespericas, i. promontorium hesperi. & cliustrápheza, i. solis mensa, & in plurali theonóchema, i. deorum currus.

Tertia declinatio terminationes habet aliquanto plures quam graecorum quinta: quae ad tertiam nostram referuntur: de quibus per ordinem nunc est differendum. Igitur in a. delinencia quae communis est graecorum & latinorum mittentia genitiuum in. atos. tertiam a fine acuum in obliquis, ut dógma dógmatos, ænigma ænigmatos, diádema, ématos. Latini ex hac terminatione genitiuum pluralem plerumque usurpant: qui propterea quod in. on. per. o. longum terminatur quemadmodum & omnes aliae partes orationis quae per casus declinantur: acutum in penultimam attrahit, ut epigrámma, ámma, máton libellis, & nomen illud dei quod est ineffabile tetragrammáton cognominatur. Clemens quoque a nostris frequenter in libris peristromáton citatur.

In. i. latinum siue, y. graecum desinentia: quae plerumque barbara sunt: atque apud graecos declinabilia sunt mittentia genitiuum in. ios, vel. itos, vel. yos, accentum habet in prima syllaba, ut cómmi cómmios, stím mi, míos, cíci, ios, álphi, ios, éri érios, tróphi, ios, ásty ástios, nápy nápyos, méli, lítos, móli, lyos. Cuius composita retrahunt accentum in tertiam a fine, ut hydroméli, ænoméli, oxýméli. Polysyllaba quoque, ut cinnábari, píperi, sínapi, quod nos latinum facientes in sínapi penultima circumflexa vertimus. Latini ex hac terminatione casus tantum recto similes usurpant.

In. o. mega desinentia quae graecorum terminatio propria est generis foemini vltimam acuum mittuntque genitiuum in. oos, aut in. us, per synæresin contractam accentu circumflexo, ut didó didóos, vel didús didóí, vel didí contractam didóa, vel didó, o didó, vel didí, & eodem modo, sapphó, vel sapphóos, vel sapphús, mantó, tóos, vel mantús, clió, clyóos, vel cliús, erató eratóos, vel eratús, echó echóos, vel echús, calypsó, íóos, vel calypús, spíó, spíóos, vel spíús, íó, íóos, vel íús, ínós, óos, vel ínús, lam pedó, dóos, vel lampedús, clothó, thóos, vel clothús. Latini ex hac terminatione omnes fere casus synærezatos cum suis accentibus usurpant. Oul, in. i. de arte. Nec mihi sunt visæ, clió, cliúsque sorores, Idem in heroi. An nisi legisses autoris nomina sapphús, Vergilius, vii, eñ. Fatidice mantús: & tuus filius amnis. Idem quoque in. iiii, accusatiuum usurpauit. Et nomine didó saepe vocaturum, & in priape. Atlantidemque calypsó. Haec de graecis nominibus in vocalibus terminatis, quae ad tertiam declinationem latinam referri possunt. Nunc de his quae desinunt in consonantes: non quidem omnes: sed in tres tantum liquidas, n. r. s. & vnam duplicem, x. Nam in. l. m. nullum graecum nomen terminatur: sic cut neque in aliquam ex mutarum numero.

In. an, igitur plerumque vltimam acuum, ut titán titános, paán paános, pelecán pelecános, páni pános, Cuius genitiuum Vergilius, vii, eñ, usurpauit dicens, panós de more lycei, accentu acuto in fine ex regula superius tradita, Accusatiuum quoque in bucolicis, Mecum vna in siluis imitabere pána canendo, ex eadem regula accentu in prima.

In. en, per. u. acuum vltimam plerumque, ut hymén hyménos, líchén líchénos, adén adénos, solén solénos, trozén trozénos, sírén sírénos. Nonnulla penultimam acuum, ut hélien hellénos.

In. in, per. iota quae alteram quoque habent terminationem in. is, vltimam acuum, ut delphín vel delphís, delphínis, telchín vel telchís, telchínis, salamín vel salamís, salamínis, eleusín vel eleusís, eleusínis. In. yn, quoque perypsilon penultimam acuentia eandem rationem sequuntur, ut phórcyn vel phórcis phórcynis, pólyn vel pólys pólynis.

In. on, per. o. mega quaedam acuum finalem, ut sarpedón, gerión, amazón, antedón, carchedón, quaedam acuum penultimam, ut pláton, zénon, théon, achéron, médon, laocóon, demophóon, híppocóon, que tria atque his similia circumflectunt vltimam: si duae vltimae contrahuntur in vnam per synæresin, ut laocón, demophón, híppocón. Ex quibus aliae mittunt genitiuum in. ontos, ut achéron achéronos, médó médontos, laocóon, laocóontos, demophóon, demophóontos, híppocóon híppocóontos. Quaedam in onos, per. o. longum: ut pláton plátonos, zénon zénonos, babylón babylónos, théon théonos, dáphnó dáphnonos, platánó platánonos. Quaedam in. onos, per. o. breuem, ut dáemon dáemonos, cánon cánonos, íáson íásonos, agamémnon agamémnonos.

In. um, per. u. diphthongon quamque apud graecos sunt complura mittentia genitiuum in. untos, haec terminatio nunquam a latinis usurpatur.

In. ar, nunquam fere usurpantur a latinis: nam quod apud medicos frequenter usurpatur hépar hépatos latinis vox est incognita: pro eo quod est secur iecoris.

In. er, per. u. desinentia vltimam acuum: ut sotér sotéros, aér, aéros, æthér æthéros, cratér cratéros, caractér caractéros, cremastér cremastéros, climatér climatéros, physetéer physetéros, spinthét spinthétros. Iber vero íberos in recto penultimam acuit in obliquis ante penultimam.

In. tr, per. i. iota aut, yr, per. ypsilon rara sunt acuentia penultimam: ut gádír gádíros, mártyr mártiros.

In. or, per. o. mega acuum proximam a fine: ut néstor, néstoros, héctor, héctoros, rhétor, rhétoros, polyméstor, polyméstoros.

